cõciliãs ut tandẽ toti medie im
paret. Nabuchodonosor vero rex
assiriorꝫ qui regnabat in niniue
anno duodecimo regni sui obti
nuit arfaxat in campo regau qui
est inter eufratẽ ⁊ tigrim. Hic ẽ
cambises cui adhuc pat͛ viuẽs
niniuẽ ⁊ regnum assiriorũ conces
sit ⁊ nabuchodonosor cognomi
nauit Hic mortuo patre duodeci
mũ illius regni annum gerebat
Nã in regno monarchie non ni
si octo annis regnauit. Qui post
ꝙ̃ factus est monarchꝰ exaltatũ
ẽ cor eius. Nã superior eo nullus
fuit. voluit enim solus adorari p
deo. nec cum egrotaret volebat ĩ le
ctica deferri. nisi a ceruicibꝰ regũ
quasi omnes superet ⁊ misit ad
omẽs qui habitabant in cilicia
⁊ damasco ⁊ libano ⁊ carmelo.
galilea ⁊ samaria ⁊ vsq̧ ĩ iherusa
lem: exigens ab eis tributa lõge
grauiora ꝙ̃ patres sui. Quiom
nes vno animo cõtradixerũt
¶ Tunc iratus rex iurauit p thro
num suum ꝙ defenderet se de om
nibꝰ ¶ Igitur anno. xiij. regni sui
precepit holoferni principi mili
cie: vt egrederetur ad regiones il
las ⁊ nulli hominũ vel municõ nũ
parceret oculus eius. ¶ Qui egres
sus est cum exercitu et operuerũt
faciem terre sicut locuste. Qui cũ
vastasset ciliciã ⁊ mesopotamiã
⁊ madiamitas: miserunt ad eum
principes prouintiarum dicentes
Desinat idignacõ tua circa nos.
veni nobis pacificus ⁊ vtere s͛ui
cio nostro sicut placuerit tibi. Et
descendit de montibus cum vir
tute magna ⁊ obtinuit omnes ci

uitates ⁊ destruxit eas et omnes
deos terre exterminauit. Sic eñ
preceperat nabuchodonosor. ut
ipse solus deus diceretur ab hijs
nacõnibus que potuissent holo
fernis potentia subiugari. Et au
dientes filij israhel timuerũt val
de: ne similia faceret in iherusalẽ
⁊ in sanctuario dei ⁊ miserunt in
terminos terre per quos poterãt
iter esse in iherusalem ⁊ muniert
angustia viarũ ⁊ humiliauerũt
se coram domino ad exhortacõ
nem heliachim sacerdotis filij ihe
su filij iosedech. vel forte alterius.
quem ipse ihesus circũmittebat
ad exhortacõnẽ filiorũ israhel in
montibꝰ ⁊ operuerũt sacerdotes
altare domini cilicõ ⁊ ipsi in cine
re ⁊ cilicõ offerebãt holocausta ⁊
clamabãt ad dominũ Nũtiatum
q̧ ẽ holoferni ꝙ filij israhel paras
sent se ad resistendũ ⁊ mõciũ iti
nera ɔclusissent ⁊ vocauit duces
amon ⁊ moab dicẽs Quis ẽ ppl͛s
iste q̃ montana possidet. aut que
ẽ virtus eorꝫ. Tũc achior dux fi
liorꝫ amon ridit: ẽplicãs ei quõ
priõ venisset populꝰ ille de chal
dea p mesopotamiã ĩ t͛rã chanaã
Cũq̧ descẽdissent ĩ egiptũ redux
erat eos deꝰ eorꝫ in t͛rã pmissã q̃
cũ placatus erat eis nemo pot͛at
eis resist͛e. cũ vero irritabãt eũ fla
gellabat eos. q̧ deꝰ eorꝫ eẽt odi
ens iniq̃tatẽ. Nup aũt reduxerat
eos in ihrl͛m de s͛uitute cui t͛dide
rat eos ppt͛ pctã sua ⁊ nũc obtinẽt
mõtana hec ⁊ addidit achior Per
scrutaẽ si deꝰ eorꝫ offensus ẽ eis ⁊
potis eos expugñre: alioqñ ñ pua
leb͛ eis. Et iratꝰ holofernes dixit.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-258/0386
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG